competentis recedendo. Sunt autem Juris dominii Castren(sis) et Capi-
tan(eatus) Premislien(sis) Juris domini quoad infrascripta attinet se
cum successoribus ac bonis suis grato omnibus totaliter et
plenarie incorporando et subjiciendo palam libere publice
ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Annae filiae
Nobilis Stanislai Mzigloth Jaworsky consorti vero suae Sum-
mam Centum Quinquaginta florenorum pecuniae communis
ratione dotis et expeditionis eandem consortem suam de
bonis paternis et maternis ipsam concernentibus et cum eadem
levatae tum et aliam similem Summam Centum Quinquagin-
ta florenorum pecuniae Polonicae ratione veri et iusti dotalitii alias
przyprawianka super tota et integra medietate omnium bonorum
suorum hereditariorum obligatoriorum mobilium et immobilium sum-
marumque pecuniarum habitarum et in post habendarum dedit do-
tavit dotalitavit inscripsit et reformavit prout
praesentibus dat dotat dotalitat inscribit et reformat
per ipsam consortem suam praefatam Nobilem Annam
Jaworska eandem medietatem bonorum praedictorum modo
praemisso reformatorum cum omni iure dominio et pro-
prietate omnibusque et singulis utilitatibus fructibus
proventibus attinentiis et pertinentiis quaeti universis nihil
pro se successoribus suis aut alio quopiam excipiendo seu
quovis modo reservando tenendo habendo possidendo utifruendo pa-
cifice et quiete utifruendo vigore ac more aliarum refor-
mationum dotalium et vitalitiorum in Regno observari solitarum.
Ceterum praefatus recognoscens Nobilis Wasko Jaworsky
[illegible] dat et concedit plenariam facultatem et omni-
modam potestatem Nobili Stanislao Jaworsky Mzigloth patri
consortis suae inscriptionem praesentem reformationem
ex his actis Castren(sibus) ad acta Terrestria Premislien(sia) quando

quandocunque voluerit transferendo et transportando quo
per ipsum transportata tantum valorem habitura est ac si per
ipsum met recognoscendo transportaretur hac sua praesenti
recognitione ad quod ipsa mediante

Zukowsky Babickiemu cedit

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren(sibus)
Capitan(eatus) Premislien(sis) Generosus Joannes Zukowsky de Strzelcza(?)
[illegible] sanus mente et corpore existens A terris districtibus iuris-
dictionibus bonis quibusvis propriis et competentibus [illegible]
Suis autem Castren(sibus) Capitan(eatus) Premislien(sis) Juris dominii quoad [illegible]
sunt attinet se cum successoribus ac bonis suis grato omnibus totaliter
et plenarie incorporando et subjiciendo palam libere publice ac ex-
presse recognovit Quia ipse de omni et integro Jure suo
vigore inscriptionis commutationis per Honestam Gre-
tam Skolyskowa super tota et integra bona sua materna
pro paternis eiusdem recognoscendo Actis Castren(sibus) Premislien(sibus)
modo commutationis facta et recognita cedit et condescendit
omneque et integrum ius suum praedictum omninoque in ipsum ce-
dit [illegible] ac ipsius posteros transfert transfundit et in-
corporat perpetuo eadem bona et ius per se ubicumque tenendo
habendo possidendo utifruendo pacifice et quiete utifruendo vigore iuris
sui originalis et praesentis inscriptionis [illegible] ad praemissa ca-
mediante

Jaworsky Jaworskiemu obligat

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus
Castren(sibus) Capitan(eatus) Premislien(sis) Nobilis Joannes Jaworsky No-
bilis Petri Jaworsky filius mente et corpore sanus existens
A terris districtibus iuribus iurisdictionibus quibusvis suis quibusvis